

75
Incipit forma absolutionis sacramentalis
eiusdem Magistri Johannis Gerson.

Gracia tibi et pax frater carissime
petis primo si apud aliquem docto-
rem reperiat forma autentica
absolutionis sacramentalis. Non
quod sic. Et de hoc videatur summa confessorum vel
Bertelma super hoc verbo Absolutio. In illa
questione utrum forma absolutionis debeat
fieri sub modo indicatio. Et super illa que ibidem
reperiuntur patebit satis ratio. Ad illud
quod secundo petis scilicet. Que sit forma sufficiens
Demde ad tertium quod queris. Unde tot varie-
tates in forma ista absolutionis. **R**espondeo. quod
ex ignorantia vel negligentia sufficientem inqui-
rendi que agenda sunt circa sacramenta.
Sed cur quid plus circa istam formam quam cir-
ca alias. Ratio una est. quod alie forme dicun-
tur publice et inveniuntur scripte. sicque legun-
tur. hic autem occulte et absque libris et arbitrio
fit negotium. Potest et alia ratio dari. quod ad
confessionem et absolutionem est quidam actus iu-
dicialis. ubi videtur sufficere quod sacerdos iu-
dex explicet sententiam suam quibuscumque ve-
bis dum tamen intendat absolue sicut dicimus in
mentimoio. quod consensu interior aliorum significat.